

Joannis Dawgerd Palatini Vilnensis reco:
gnitio, quod Vilnam castrum cum districtu
suo de manibus Sigismundi magni ducis Li:
thvanie recepit ad tenendum, cui promittit
fidelitatem

53

Ego Johannes alias Dawgerd Palatinus Wylnen:
sis, recognosco tenore presentium quibus expedit uni:
versis presentibus et futuris, quod Wylnam castrum
cum districtu suo, de manibus preclari principis do:
mini Sigismundi Dei gratia magni ducis Lythwa:
nie, Russia etc: domini mei gratiosi, recepi ad tenen:
dum. Cum quo quidem castro Wylna et suo districtu
sub fide et honore ac onere prestiti mei iuramenti,
promitto fidelis esse eidem domino Sigismundo ma:
gno duci, quamdiu viveat in humanis, et non da:
bo nec resignabo ipsum castrum post feliam deces:
sum eiusdem domini Sigismundi magni ducis mo:
derni domini mei, alicui homini viventi, nisi Sere:
nissimo Principi domino Wladislao Dei gratia Regi
Polonia, Lithwaniæque principi supremo et heredi
Russia etc: successoribus, regno et corona suis, et
hoc fideliter sine ullo colore exequi volo, debeo et pro:
mitto, sub penis suprascriptis, quibus me sponte sub:
mitto, si, quod absit, premissis contravenirem. Har:
um mearum serie litterarum, quibus Sigillum me:
um est appensum. Datum in Trakij feria secunda
in vigilia visitationis beatissime virginis Maria.
Anno Domini Milleesimo Quadringentesimo Tricesimo
Septimo

Ta kopia prepisana z Oryginatu

par:

2

Lithvanie.

pargaminowego nakształt listu ztżonego, Dnia 9. mierz
sięca Sierpnia 1782 Roku. Pięć przy nim nie masz,
zawiazka tylko pargaminowa, na ktorej pięć wysia:
ta, porostata. Zasiadynam. Adam Murus *Adk Błod*